termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, rendere, Damna Citata Terria simpliciter taxata luere, Interoni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem oia obligat et inscribit praesens illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa eiusq Ternos semper peremptorios vera Infirmitate, praemaiori, Minorennitate Successionis, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praesentea Utraque partes officij praesentis Castrensis Capitanealis Premysliensis Ternos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia partes simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, exemptione Terrestri bello, Conventioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec modis alijs quovis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Suski Stawskiemu Vicecapitaneoloci praesen. Rbt.

Coram Generoso Francisco Dzieduszycki Rostecki, in Locum infrascripti Generosi Ioannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei loci praesentis subdelegato, munusq huiusdem subdelegationis in se suscipientes, ac bona sua generalia omnia quo ad Vim actus praesentis benevole complectente, officioq et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus personaliter Comparens Generosus Stanislaus Suski. Sanus mente et corpore 575

2066

exens, a Terris, Decimis, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis

ad ipsum et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitaneatus

Premisliensis Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum

Successoribus, ac bonis suis genericè omnibus totaliter ac plenarie

incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice,

ac per expressum recognouit. Quia ipse se, ac suos Successores,

in et super bonis suis genericè omnibus, Summisque pecuniarum

quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus

Scriptum certum manuale Seu Membranam nudam sub

Summam Trecentorum florenorum polonicorum per se Recognoscentem

in rem et manus supradicti Generosi Joannis a Staw Stawski

Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei Castrensis Premisliensis

ratione eiusque Summae Trecentorum florenorum polonicorum

tum et aliarum rerum et conditionum in eodem Scripto Manuali

contentarum de actu et data illius hic Premisliae

die hodierna in actis contenta confectum, conscriptum

et datum, manuque sui Recognoscentis propria subscriptum: In omnibus

et Singulis eiusque Scripti manualis, seu Membranae nudae

conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadiis, legamentis

ac resceterisque in Vniuersum omnibus eidem Generoso Joanni a

Staw Stawski Pocillatori Terrae Leopoliensis et Vicecapitaneo

loci praesentis eiusque posteris firmiter tenere, complere,

exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et

singulis eiusque Scripti manualis, seu Membranae nudae

contentis, tam in toto, quam in quauis minima parte

toties quoties opus fuerit Satisfacere. Scriptum praefatum

manuale seu Membranam nudam ad Inscriptionem praesentis

roboratoriam, et Inscriptionem praesentis roboratoriam, ad praedictum

Scriptum manuale seu Membranam nudam

vicissim

Vicissim in toto referendo, idq sub Vadio similis Summae Trecentorum florenorum polonorum, per eundem Recognoscentem vel eius Successores, Supramemorato Generoso Joanni Stawski Pocillatori Terrae Leopoliensis Vicecapitaneo loci praesentis sive illius possessori, ob non completionem contentorum Scripti praefati manualis seu Membranae nudae omnium et singulorum tam in toto, quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo, pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum succubito, aeque atque principali contentis Scripti eiusdem manualis seu Membranae nudae non completa complenda, Generosus Recognoscens Stanislaus Suski, sive eius successores ad instantiam praefati Generosi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei loci praesentis, vel eius posterum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu suggesto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, sive eius Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate, maiori, minorenitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Exercitus, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea Ultra praesentis officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos

266

dilationem sibi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus fatalibus Iuris, ratione Terrae bello, Conventioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Idque sua praesenti personali recognitione ad praemissa acta mediante.

Feria Quinta ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli

21/VIII proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

Marchocki Conti sue Advitalitatem inscribit.

376 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus

Ex Copia Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Franciscus Marchocki, olim Generosi Lucae Marchocki cum Generosa Zophia de Stronia Stronska procreatus Filius, sanus mente et corpore existens, a Terrestribus, Ordinibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosae Catherinae Grochowicka, cum olim Generosa Hedwigi Tarnowska procreatae Filiae, primi thori Generosi Alexandri